

buit quis gratiam vivæ vocis oraculo à Papa, ut esset Magister, & presentatus, exierunt Decreta revocatoria Gregorii, & Urbani. Quid sentendum? Respondeo, Quod si Religiosus non erat in actuali possessione ipsius gratiæ, quod ipsa expiravit, & illa non potest uti, si verò jam erat in possessione ipsius gratiæ, bene in illa perseverat, ut colligitur ex Bulla Gregorii XV. ibi ait: In iis videlicet, qua non sunt sortita effectum, tenore presentium revocamus. Illa gratia jam erat sortita suum effectum, & tempus futurum cum presentibus copulatur per modum unius. Ita in hac Resolutione convenire videntur Peirein. tom. 2. privileg. Minim. in Constit. Gregor. XV. Lezana citat. & Bordon. num. 2.

Gregor. XV.

Peirin. Lezana. Bordon.

QUESTIO II.

Ponitur sententia negans privilegia Regularium esse annullata per revocationem Oraculorum vivæ vocis.

SUMMARIUM.

- 11 Prima sententia tenet, per revocationem oraculorum, oracula pro Regularibus non esse revocata.
12 Probat, quia in multis Pontificis bullis, ipsa vivæ vocis oracula sunt posita, & ita jam transfertur in Bullam authenticam, & n. 13. 14.
13 Leo X. concessit, ut vivæ vocis oracula haberent vim, ac si essent concessa in bullis, ut cetera privilegia.
16 In confirmatione privilegiorum dicunt Summi Pontifices motu proprio, ac ex certa scientia, qua clausula importat novam concessionem.

11. Hic est Cardo, & tota difficultas hujus rei, multi, & gravissimi Authores tenent, quod privilegia Regularium, quæ sunt vivæ vocis oracula per revocationem oraculorum vivæ vocis, quod non sint revocata, sed quod modo sunt in sua viridi, ac valida observantia ut antea. Ita Sapientiss. Mag. Stratus nostræ sacræ Religionis Carmelitarum Generalis. In instructione ad suos fratres, c. 20. Thom. Hurtadus tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 2. n. 168. cum sequenti & tom. 1. tract. 2. c. 6. resolut. 22. num. 250. Marcus Vidalis in arca Theolog. moral. tit. de jurisdict. Inquis. 4. num. 15. Pellizar. tom. 2. tractat. 8. cap. 7. num. 131. & 132. & tract. 4. cap. 7. num. 5. M. Lezan. tom. 1. cap. 3. num. 21. & tom. 2. verb. Oracula vocis, num. 7. Possentius in recollect. question. moralium, cap. Miscellaneo pro Regulari ante, sectione 1. fol. 41. Bassæus verb. Privileg. §. n. 8. Martinus de S. Joseph. in mon. confessorum, tom. 1. lib. 1. de matrim. tract. 43. num. 4. Ioannes de Saria in sine summa, tract. de Regularibus, dub. 1. Leandrus de Murcia in expositione Regule D. Francisci, quest. 20. ad cap. 6. num. 5. Vbi ait quod saltem in foro conscientiæ non sunt revocata. Laurentius de Peirinis in privilegiis Minim. tom. 3. c. 12. Constit. 28. Urbani VIII. in scholiis, n. 1. Samacellius Dominicanus in praxi de sepulch.

Seratus.

Hurtadus.

Vidalis.

Pellizar.

Lezana.

Possentius.

Bassæus.

Martin.

Saria.

Leandr.

Peirin.

Samuel.

ris, Prædico 3. Appendicis, num. 1. cum sequentibus, Fr. Antonius de Spiritu sancto in dire. Antom. Etorio Regular. tom. 1. tract. 2. disp. 1. sect. 1. n. 36. & 37. Hieronymus Garcia in Politica Regulari tom. 1. tract. 8. difficult. 2. dub. 6. n. 5.

12. Probat, quia multi Pontifices Romani concesserunt vivæ vocis oraculo multa privilegia Religionibus, quæ postea alii Pontifices per suas bullas plumbeas, & authenticas motu proprio, ac ex certa scientia, & plenitudine potestatis confirmaverunt, ac approbaverunt ac si eorum tenores de verbo ad verbum &c. in presentibus essent inserti; ergo jam prædicta vivæ vocis oracula non sunt talia, sed habentur ut in bulla authentica, & plumbea; ergo jam non veniunt in generali revocatione facta in oraculis vivæ vocis.

13. Antecedens probatur, quod nempe multi Pontifices in suis bullis concesserunt Religionibus ea privilegia quæ erant vivæ vocis oracula sic Pius V. in Bulla. Etsi mendicantium, refert Lezana tom. 3. cap. 1. numer. 12. Gregorius XIII. in Constitutione, ex Benigna apud Confess. pag. 27. & Sixti Etsi Mendicantium apud Confess. pag. 267. & Clementis VIII. Ratio Pastoralis apud Confess. pag. 286. quod etiã concessit Paulus V. die 23. Maii 1605. Patribus Dominicis approbans, ac confirmans eorum privilegia per quoscumque Romanos Pontifices, ac per ipsum, & Sedem Apostolicam: sub quacumque verborum forma & expressione in genere, & in specie, & per solam signaturam, & vivæ vocis oraculo, aut aliis quomodolibet concessa, ac semel, seu pluries confirmata cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis, decretis, & declarationibus Apostolica auctoritate perpetuo confirmavit & approbavit, illisque perpetuo & inviolabile Apostolicæ firmitatis robur adiecit. Refert Pellizar. citat. n. 31. Similem concessionem eidem fere verbis fecit idem Pontifex Paulus V. nostris Patribus Carmelitanis Disceat in sua bulla authentica die 3. Aprilis 1610. & incipit Decret Romano Pontifici in supremo: ibi num. inter cetera, sic ait: Per quoscumque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, aut nos, dictamque Sedem, sub quacumque verborum forma, & expressione, etiam per solam signaturam sive vocis oraculo, aut aliis quomodolibet, &c. Refertur in compendio Privilegiorum bulla quarta Pauli V.

14. Ergo illa, quæ erant tantum vivæ vocis oracula usque ad Pium V. & Gregorium XIII. Clementem VIII. Paulum V. cum per tot Pontifices repetantur in suis bullis authenticis, jam exierunt naturam oraculorum vivæ vocis, & transferuntur in diplomata Authentica, quia aliàs ipsa oracula, frustra tot ac tantis vicibus repeterentur in bullis Apostolicis.

15. Probat secundò, Leo X. concessit fratribus minoribus, ut videre est in Bullario Rodriguez tom. 1. fol. 317. num. 4. & in suis questionibus tom. 5. quest. 7. art. 5. Quod vivæ vocis oracula non essent minoris valoris, ac efficacitæ, quàm si per bullam, aut breve ad perpetuam rem memoriam essent concessa; ergo cum oracula vivæ vocis habeant eandem vim ac aliæ constitutiones Apostolicæ, sequitur quod si justè non revocantur per constitutionem Urbani, neque etiã illa, quia ubi militat

12.

13.

Plus V. Lezana. Gregor. XIII.

Pellizar.

14.

15.

Leo X. Rodrig.

L. Illud. rat eadem, vel æquivalens ratio, ibi etiam militat eadem juris dispositio, l. Illud, ff. ad l. A. cum similibus.

16. Probat tertio, quia confirmatio Privilegiorum, in qua Summus Pontifex dicit se confirmare ex certa scientia, ac ex plenitudine potestatis habet vim novæ concessionis talium privilegiorum. Glossa in cap. Quia diversitate, cap. Veniens, de transact. & cap. 2. de pallis. Et idem affirmant Card. Tuschus verb. Confirmatio ex certa scientia, Portel. in dub. Regul. verb. Privileg. Confirmatio, n. 39. Suarez lib. 8. de legib. §. 18. n. 12. Layman. lib. 1. tract. 1. c. 23. n. 16. q. 4. Et alij multi. Ratio est, quia aliquod novum creat hæc confirmatio ex certa scientia, & vim habet reddendi actum de invalido validum, & illud nullum confirmando, sed omnia vivæ vocis oracula antecedentia per Pium V. Gregorium XIII. Clementem VIII. Paulum V. fuerunt ab his Pontificibus confirmata ex certa scientia per Bullas authenticas; ergo vim habent novæ concessionis, ergo non sunt revocata per Constitutionem Urbani VIII.

Glossa.

Tuschus. Portel. Suarez. Layman.

QUESTIO III.

Ponitur sententia vera, & affirmans prædicta oracula vivæ vocis esse revocata.

SUMMARIUM.

- 17 Vera sententia, quod omnia vivæ vocis oracula concessa Regularibus sint revocata per Gregorium XV. & Urbanum VIII.
18 Probat, quia in multis Pontificis bullis, ipsa vivæ vocis oracula sunt posita, & ita jam transfertur in Bullam authenticam, & n. 13. 14.
19 Leo X. concessit, ut vivæ vocis oracula haberent vim, ac si essent concessa in bullis, ut cetera privilegia.
20 In confirmatione privilegiorum dicunt Summi Pontifices motu proprio, ac ex certa scientia, qua clausula importat novam concessionem.

17. Est mihi vera, & certa sententia omnia vivæ vocis oracula concessa Regularibus fuisse, & esse revocata per Constitutiones Gregorij XV. & Urbani VIII. Ita Cardinalis Lugo in Responsonibus moralibus, lib. 4. dub. 3. num. 2. Quintana dicit in Theologia Morali, tom. 1. tract. 9. singul. 3. n. 1. Joseph Rocaful, in praxi Theolog. Moral. tom. 2. part. 3. lib. 7. c. 6. n. 44. Bordonius tom. 1. Resol. 31. n. 4. Baldellus tom. 2. lib. 3. disp. 34. num. 16. Portellus tom. 2. Responsonum Moralium, cap. 110. seu ultimo, ubi se retractat de opposita sententia, quam tenuit tom. 1. casu seu Sylveira Opuscula.

Lugo.

Quintana. Rocaful.

Bordon.

Baldell.

Portel.

cap. ult. Antonius Escobar de mendoga tom. 1. in Theologia Morali lib. 6. sectio 2. cap. 13. Problem. 16. num. 143. & cap. 16. Problem. 3. num. 195. Diana tribus in locis hanc questionem pertractat. part. 3. tract. 14. Resolut. 17. & parte 10. tractatu 14. Miscellan. 4. Resolut. 24. alias 26. & parte 11. tractatu 6. Resolutione 45. fortiter, efficaciter tenet hanc nostram sententiam, & ait eam approbari ab omnibus Tribunalibus Urbis Romæ non dubito, ut à Sacra Rota, Sacra Pœnitentiaria & à Sacris Eminentissimorum Cardinalium Congregationibus.

18. Probat primò, ab his Auctoribus oracula vivæ vocis, quamvis per Bullas confirmantur & innoventur, aut etiam denuò concedantur, adhuc manent oracula vivæ vocis, & in ipsis Bullis tali nomine dicuntur; ergo manent subiecta huic revocationi. Antecedens ostenditur, quia per confirmationem, aut innovationem, non mutatur natura, aut conditio rei aliàs non esset eius confirmatio, vel innovatio sed nova productio diversæ rei: manet igitur oraculum confirmatum, id est; magis firmatum, & roboratum in ipsamet oraculi natura; non autem illam exiit, aut mutat in alteram naturam, aut denominationem privilegii Bullati.

19. Secundò, sic ego eam probo, & hæc ratio me maximè ducit in hanc sententiam, ait Sanctiss. Domin. Urban. VIII in sua Constit. Felices recordationis Gregorius Papa XV. prædecessor noster subnascentibus jugiter variis difficultatibus, & abusibus ex privilegiis à Sede Apostolica vivæ vocis oraculo concessis; ut iret obviam talia scilicet vivæ vocis oracula revocavit; ex quo expressè, & apertè constat, quod mens Pontificis in tali Constitutione edenda extitit, quia ex ipsis oraculis vivæ vocis pullulabant multæ difficultates, & abusus, cum non constarent ex Scriptura, sed ex verbis ore prolatis, & audientium testimonio inde facillè ex lapsu memoria, unum verbum poterat addi, minui, mutari; postponi, vel anteponi; & cum hæc vivæ vocis oracula constent ex testimonio asstantium, unus testis poterat referre, uno modo, alter alio modo, & inde nascebantur multæ difficultates, abusus ac confusiones, quas Gregorius, & Urbanus voluerunt eradicare, ergo quamvis aliqui Pontifices Pius V. Clemens VIII, confirmaverint Religionis privilegia etiã vivæ vocis oraculo, loquuntur in genere, non verò in particulari, prout sub tali, & tali forma verborum sunt prolata, nec eorum forma verborum referuntur in Bullis ipsis Pontificum, sed tantum habentur ex testimonio audientium, seu asstantium, ex quibus abusus, ac difficultates emanant, quas Gregorius, & Urbanus suis Constitutionibus intendunt delere, ac extinguere. Ergo per eos ipsa vivæ vocis oracula sunt revocata, ac annullata, aliter Romanorum pontificum intentio non persistit.

20. Probat: quia Gregorius XV. & Urbanus VIII. revocantes, & annullantes omnia vivæ vocis oracula ponunt clausulam, Non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & litteris Apostolicis, sub quacumque forma

Escobar.

Diana.

18.

19.

20.

verborum etiam cum clausula derogatoria de rogantium; atqui si aliquid obstarer, ob quam oracula viva vocis non sint derogata, ex eo est, quia habentur in aliquibus Constitutionibus Apostolicis, verbi gratia, Pii V. Clementis VIII. &c. Antiqui Romani Pontifices, Gregorius, & Urbanus annullantes viva vocis oracula ponunt clausulam non obstantibus quibuscunque Constitutionibus Apostolicis, ergo Constitutiones predecessorum Pontificum, non obstant ad derogationem talium oraculorum.

21. Quartò probatur communi fundamento in hac materia, ex contraria sententia sequitur, Generalem Bullam revocatoriam factam ab Urbano VIII. fuisse frustratoriam, quia juxta contrariam doctrinam, omnia oracula concessa usque ad Gregorium XV. jam non erant oracula, sed tantum privilegia Bullæ. Respondet Vidalius Urbanum solum revocasse oracula à se concessa, Sed contra, Urbanus expressè ait privilegia, ac quascunque gratias per Summos Pontifices predecessores nostros, ac per nos, viva vocis oracula. Secundò respondet, quod revocantur, quæ non sunt in libro authentico hic autem liber authenticus juxta Peirinum in formulis Prælator. c. 3. Appendice 4. §. 3. litter. Z folio mibi 539. Ille liber authenticus est subscriptus manu Notarii, qui ex ore Sanctissimi audivit, at talem librum Authenticum his circumstantiis, nec ego vidi, & facta bona diligentia, nullum inveni Auctorem, qui talem librum viderit, nec talis liber apparet & non apparentibus, ac non existentibus, idem est judicium.

22. Nec dicas cum M. Fr. Antonio ab Spiritu Sancto superiori questione allegato, quod post Bullam Gregorii X V. Urbanus VIII. anno 1624. concessit omnia viva vocis oracula, ut testatur Portel. tom. 1. Respons. Moral. fol. 606. et si postea idem Urbanus VIII. revocavit omnia oracula anno 1631. die 20. Decembris, revocavit tantum illa oracula, quæ erant concessa ad instantiam Regum, vel Principum, vel Cardinalium auctoritate munita, relinquendo alia oracula absque alia revocatione.

23. Contrarium expressè constat ex citata Bulla Urbani VIII. ut legenti patebit: nam in ea Pontifex revocat omnia viva vocis oracula etiam manu Cardinalium firmata, quibuscunque Generalibus, Provincialibus, caterisque superioribus Congregationibus, institutis etiam Societatis: Quacunque de causa etiam ex necessitate exprimenda, occasione pretextu, vel calore, etiam intuitu, contemplatione, seu ad instantiam Imperatoris, Regum, & Principum quorumcunque, Expende illud etiam intuitu Imperatoris; id est omnia oracula revocat etiam seu quamvis concessa sint intuitu, & contemplatione Regum, ac Principum, ut patet ex illo adverbio etiam; si autem Urbanus VIII. concessit anno 1624. postea revocavit anno 1631.

24. De auctoritate, ac duplicatione horum Decretorum Gregorii X V. Urbani VIII. nullo modo potest dubitari, cum hujusmodi Bullæ referantur in Bullario Cherubini citatis locis, & omnes ferè Auctores, qui post hæc Decreta edita scripserunt; de illis faciunt men-

tionem, & illi qui Romæ approbantur M. Sacri Palatii sua opera prælo dederunt, ut Cardinalis Lugo, M. Lezana, ac Diana.



RESOLUTIO XLVII.

Processiones, & Præcedentia,

QUESTIO PRIMA.

Quis possit processiones indicere?

SUMMARIUM.

- 1 Dispositio Concilii Tridentini circa processiones.
- 2 Ad Episcopum, seu ejus Vicarium pertinet convocare ad processiones.
- 3 Absente Episcopo, Vicarii, Priores, Archiepiscopi presbyteri possunt convocare.
- 4 An possit indicere processiones solennes in domibus Regularium, ipsi invisi, sunt qui affirmant.
- 5 Verior sententia negativa, quia illud est actus jurisdictionis spiritualis, à qua Ecclesia Regularium sunt exempta.

In limine hujus questionis, pro illius fundamento ponendum est Decretum Concilii Tridentini sess. 25. cap. 13. ubi exempti omnes tam Clerici seculares, quam Regulares quicunque etiam Monachi ad publicas processiones vocari accedere compellantur, nisi tantum exemptis, qui in speciali clausura perpetuo vivunt. Ita Sacrum Concilium Trident.

Conveniunt ferè omnes, quod convocare ad processiones pertinet ad Episcopum, seu ad Ordinarium loci, & in ipsorum absentia, seu ad eorum Vicarium Generalem, hoc enim pertinet ad munus Episcopale, & henç colligitur ex Tridentino citato loco, ubi disponit, quod Episcopus quoad processiones componat controversias circa præcedentiam, & statim conjungit convocationem ad tales processiones quæ convocatio ad aliquem debet pertinere, ad nullum autem alium, nisi ad Episcopum, Ita docent Innocentius in cap. Cum iter. n. 2. de sententia, & re judicata, Riccius, Campanella, & alii, quos citant, ac sequuntur Barbosa de potest. Episcopi p. 3. allegat. 87. n. 3. & 4. Pellizar. tom. 1. tract. 5. cap. 11. q. 8. n. 10. M. Lezana tom. 4. verb. Procession. n. 4.

Optimè tamen advertit M. Lezana proxime citatus, quod licet Portel. in dubiis Regul. verb. Processiones n. 7. post Rodriguez. in Additionibus ad summam, tom. 4. c. 105. n. 1. ad finem; tenere videatur quod Priores, vel Archiepiscopi, in urbibus vel oppidis, ubi non resident Episcopi, non possint compellere Religiosos ad processiones, intelligendum tamen est si tales non sint Ordinarii locorum, vel processiones illæ sunt insolite, neque pro causa publica; ita etiam habet Cochier de jurisdictione Ordinarii in exemptione part. 2. q. 45. numer. 109. Et ratio est manifesta, quia secundum Decreta Pontificum, certis diebus, ac etiam

Vidalius.

Peirini.

Anton ab Spir. Sanct.

Portel.

23.

24.

Innocent. Riccius. Capanel. Barbosa. Pellizar. Lezana.

Lezana. Rodrig. Portel.

Cochier.

de causis celebrandæ sunt processiones, & aliquis debet ad eas vocare, nullus aptior, quam ille, qui Ordinarii locum tenet.

4. Cum autem ad Episcopum pertineat dirigere, ac determinare locum, ad quem processio debet tendere. Quæritur nunc, an valeat Episcopus in Ecclesiis Regularium ipsis invititis processionem solemnem ordinare? Affirmat M. Lezana tom. 2. in mare magno in Regulam Carmelitan. §. 75. n. 423. ubi sic ait. Si autem quæratur, an possit Episcopus convocare ad processiones Ecclesias Regularium, Respondeo affirmative contra Portellum in dubiis Regularibus, verb. Processiones, n. 10. & Tamburinum tom. 1. de jure Abbatum. disp. 15. quest. 5. n. 12. Et ratio est, quia hoc videtur jus Episcopale juxta dicta tom. 1. verb. Processio quoad Regulares, n. 4. Et privilegium, de quo in presenti & alia similia, quibus prohibentur Episcopi Conventus publicos in Regularibus domibus convocare, intelligi debent de Conventibus odiosis, & contentiosis, aut præjudicialibus, non de illis qui cedunt in honorem & æstimationem Religionum, quales sunt processiones. Ita M. Lezana.

Tamen dicendum existimo, non posse Episcopum, invititis ipsis Religiosis ordinare, ac disponere processiones in eorum Ecclesiis, quia facere ac convocare processiones generales potius est officij, & jurisdictionis actus, quam honoris Episcopalis. Et confirmatur ex his que dixi supra Resol. 31. q. 9. n. 45. quia Ecclesie Regulari pertinent immediate ad jus, & proprietatem Sedis Apostolicæ, & omnimodè sunt exempta à jurisdictione cujuscumque Ordinarii, ergo contradicentibus Regularibus nullum jurisdictionis actum possunt in eis exercere, ita Tamburini, & Portellus citati, Insuper idem docent Diana part. 9. tract. 6. Resol. 48. Peyrinus tom. 1. in Constitut. 26. Leon X. §. 24. n. 46. & citat Vital. super Clement. Archiepisc. n. 55. Leandrus part. 8. tract. 6. quest. 7. Bordonius tom. 2. Consil. Resol. 68. q. 6. n. 1. ubi retractat sententiam, quam habuit tom. 1. Consil. Resol. 7. n. 132.

Diana. Peirini.

Leandr. Bordon.

QUESTIO II.

Regulares, per quos vocandi sunt, & sub quibus potius?

SUMMARIUM.

- 6 Prima sententia ait, quod sufficit vocari virtualiter.
- 7 Secunda; quod vocandi sunt actualiter per Clericos.
- 8 Regulares non possunt compelli ad processiones per censuras.
- 9 An Regulares Parochi valeant compelli censuris ab Episcopo, ut conveniant ad processiones, sicut & ceteri Parochi seculares vera sententia est affirmativa.
- 10 Quæ sententia optimè probatur ex cap. Cum Capella, de Privilegiis.

6. Ad primam partem questionis. Quod non sint vocandi Religiosi ad processiones Sylveira Opuscula.

formaliter, sed tantum virtualiter, tenet Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. Processiones §. Ad tertiam, quem sequitur Pellizar. tom. 1. tract. 5. cap. 11. quest. 3. num. 4. Inquit Concilium dicere, quod vocentur, ne se excusent, & ad hoc satis est, ut sciant diem consuetum, & ita sufficit vocari virtualiter; & ideo non est opus semper actu vocari.

7. Communis, & certa sententia est, quod Religiosi semper debent actu vocari, & non per publicum edictum sed per Cleros, vel alios ministros aptos Ordinarii, alias non tenebuntur Regulares ad processiones accedere, hoc indicat Concilium vocari adveniant; quod denotat actuale, & communem vocationem. Ita Rodriguez tom. 46. q. 3. art. 1. Tamburinus tom. 1. de jure Abbatum. disp. 14. quest. 8. num. 2. M. Lezana tom. 1. cap. 9. num. 47. Peirinus tom. 1. Privileg. Minim. in Constit. Sixti IV. §. 11. m. 37. Bordon. Bordon, & alii.

8. Quoad secundam partem questionis jam istam resoluti, & late tractavi supra Resol. 37. quest. 1. ubi magno numero Doctorum ostendi Episcopum non posse compellere Regulares ad processiones censuris, sed aliis poenis, v. g. privatione prædicandi, audiendi confessiones vel sequestratione aliquarum rerum temporalium, & præter Doctores ibi citatos idem docent Quaranta in summa Bullarii, verb. Præcedentia, in fine, ubi pro hac sententia multas affert Cardinalium declarationes, Barbosa in Remission. ad Trident. sess. 25. cap. 13. de Regul. numer. 5. Henriquez in summa, lib. 7. cap. 25. §. 7. Rodriguez in summa, tom. 1. cap. 74. numer. 4. & tom. 3. Reg. quest. 26. art. 1. Stortia in Bullis selectis Theoremate 393. vers. Si autem Peirinus parte 5. Rituali notabili 3. & tom. 1. Privilegiorum sui ordinis, in Annotation. 2. Sixti IV. num. 6. Diana part. 7. tract. 2. Resol. 76. Pellizar. tom. 1. tract. 5. cap. 11. quest. 5. n. 6. Fr. Anton. ab Spiritu Sancto in Director. Regular. tract. 3. disp. 6. sect. 9. §. 7. n. 1562. Belafius verb. Processio, n. 5. vide supra Resol. 37. q. 1. num. 3. & 4.

9. Maxime tamen dubitatur, an saltem possit Episcopus compellere censuris Regulares Parochos, seu habentes curam animarum, ut ad processiones accedant. Affirmative respondet Pellizar. loco citato, num. 7. & ait si loquamur de Regularibus habentibus curam animarum, sicut hi tenentur ire ad omnes processiones, ad quas conveniunt Parochi seculares, (idque licet aliqui essent Ordinis specialiter exempti à processibus ita & possunt puniri ab Ordinario, etiam per censuras Ecclesiasticas, æquæ ac possunt alii Parochi seculares. Patet ex eo quod Regulares prout sunt Parochi in omnibus rebus concernentibus munus Parochiale, eadem ratione subsunt Ordinario, ac subsunt Parochi seculares; ac proinde sicut hi possunt per censuras adstringi ad processiones, ita & per eas possunt adstringi Regulares curam animarum habentes.

10. Quod optimè confirmo ex cap. Cum Capella 16. de Privilegiis cum Capellani Ducis Burgundie, multis privilegiis gauderent, ut essent exempti ab Episcopo, tamen illi, qui habebant beneficium Parochiale, ratione talis officij subiecti erant Episcopo, & cum

Zerola.

Pellizar.

7.

Rodrig.

Tambur.

Lezana.

Peirini.

Bordon.

Quaranta.

Barbosa.

Henric.

Rodrig.

Stortia.

Peirini.

Diana.

Pellizar.

Fr. Anton.

Belafius.

9.

Pellizar.

10.